

torqueri, maioris criminis esse quam admissum <G>iezi, quod tamen lepre confestim ultione digna punitum est, affirmare non dubitaverim; quia, quamvis contra voluntatem prophete, domini sui, Naaman in emolumentum suum prosecutus exigere vel aliquid praesumpserit, tamen voluntarie¹ duplo quam poscebatur tribuentem minime gravavit, immo contemptum a propheta² <non> suscepta benedictione placavit³. Et enim a quibuscumque gratis oblata licite suscipi posse non nego, exactiones aliquas fieri, praesertim non promissorum, iniustum omnino iudico; sed et in talibus, que terrena sunt, querere terrenum commodum et honorem ambire, domum orationis domum negotiationis et speluncam latronum <est> facere⁴, quod libera voce, sicut iustum esset, <non> reprehendere, plus personam hominis quam Deum timere⁵, in memet ipso iuste⁶ reprehendendum plane considero. Ceterum de quibusdam fratribus nostris non satis mirari possum, quod, sicut de his dicitur, pro praebenda sua vel aliquid dare omnino recusaverint, ne symoniam incurrerent, sed ab aliis precium pro praebenda exigere postea non reformidant, quasi illicite tantum dando pec-

exigi, exaccione⁷ extorqueri maioris criminis esse quam admissum <G>iezi, quod tamen leprae confestim ultione digna punitum est, affirmare non dubitaverim, quia, quamvis contra voluntatem prophete in emolumentum suum Naaman prosecutus a domino suo se missum mentitus fuerit, tamen hilariter plus quam postulata tribuentem⁸ magis ipse in accipiendo quam vir Dei munera recusando Syrum letificavit³,

1) 'voluntarie'. 2) 'ap pbi'. 3) Vgl. 4. Reg. 5, 15—16. 20—27.
4) Joh. 2, 16; Matth. 21, 13. 5) 'timeo'. 6) 'iustum'. 7) 'ex'
über der Zeile, vor 'a' Rasur. 8) 'tribuentam'.